

ALEXANDER ANDREAS ESPANHIAC

De origine legis falcidiae

Regiomonti 1768





EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- Search & Find: Use the full-text search of individual terms
- Copy & Paste Text and Images: Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes. For any other purpose, please contact the library.

- Terms and Conditions in English: http://books2ebooks.eu/odm/html/utl/en/agb.html
- Terms and Conditions in Estonian: http://books2ebooks.eu/odm/html/utl/et/aqb.html

More eBooks

Already a dozen libraries in more than 10 European countries offer this service. More information is available at http://books2ebooks.eu





ORIGINE LEGIS FALCIDIÆ,
ET
COMPUTATIONE QUARTÆ
LEGATIS ANNUIS DETRAHENDÆ
MELETEMATA,
ACADEM:

CONSENTIENTE

MAGNIFICO JCTORUM ORDINE PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTUNT

WILHELMUS BERNHARDUS JESTER, J. V. D.

S. R. M. in Borussia in Judicio Criminali Consiliarius; supremarum Regni Borussia Curiarum Advocatus.

ALEXANDER ANDREAS ESPANHIAC,

Reg. Boruff.

H. L. Q. S. d. 19. SEPTEMBR. 1768.

OPPONENTIUM SPARTAM ORNATURI SUNT SUMMAE SPEI, SUMMAE INDOLIS JUVENES,

JO. REINH. THEODOR. SCHINEMANN, Reg. Bor. JACOB. THEODOR. LILIENTHAL, Reg. Bor. CAROL. DAVID. COELER, Linkun. Bor.

OHIV

MILLISTRISSIMO, -GENEROSISSIMO

HEROIBUS TOGATIS,

LITTERARUM VIRTUTUM

PROSAPIAE SPLENDORE,

SUPREMO REGMI BORUSSIAE ET OMNIUM PROVINCIARUM BRANDENBURGICABUM

IMMORTALITATEM USQUE

INCLUTIS.

SACKI RECAL PALATH EXQUESTORI,

MINISTROSTATUS ACBELLI

INTIMO, THE

DONING SUO GRATIOSISSIMO.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, GENEROSISSIMO

ATQUE EXCELLENTISSIMO,

BITAD DOMINO

PHILIPPO JOSEPHO DE JARIGES,

VINCIARUM BRANDENBURGICARUM

JUOZU CANCELLARIO, TAOMMI

STETOME

SACRI REGII PALATII EXQUÆSTORI,

MINISTRO STATUS AC BELLI

INTIMO,

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO.

PULL OF TROPERS

ILLUSTRISSIMO, GENEROSISSIMO

ATQUE EXCELLENTISSIMO,

MAGNAMINIS, INDUEGRATISSIM

FRIEDERICO ALEXANDRO DE KORFF,

REGNI BORUSSIAE CANCELLARIO, MINISTRO
STATUS AC BELLI INTIMO, JUDICII AULICI
PRAESIDI EMINENTISSIMO, RERUM FEUDALIUM
ET MONTIS PIETATIS DIRECTORI AC

CAPITI SUPREMO.

HEREDITARIO DOMINO

TERRARUM BLEDAU, KORBEN, MOLEHNEN,

WEDDERAU, RIBBEN, &c. &c. &c.

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO.

JUSTITIÆ STATORIBUS, MUSARUM PATRONIS, SCIENTIARUM NUTRICIIS, ARTIUM FAUTORIBUS,

MAGNANIMIS, INDULGENTISSIMIS,
MAECENATIBUS CLEMENTISSIMIS.

Otia hæcce academica,

AMION Pa

TANTORUM NOMINUM,

GRATIAM, PATROCINIUM, TUTELAM
DEVOTE EFFLAGITANTES

OWIMOG SUBMISSE, GEREH

TERRARUM . D. NO. D. U. O. MOLEHNEW.

Corum Clientes humillimi

OMISSISOITAND PRAESES ET RESPONDENS.

od isi SUMMARIA.

estamenta ut plurimum, hereditate legatis exhausta fiunt destituta §. 1; Testatoris voluntas pro seria habenda est S. 2; Ex seria voluntate fluit necessitas, impedimenta removendi, quæ obstant, quo minus testamentum exitum habeat. Si non removentur, vel non sunt prævisa, vel superari nequeunt; fit adplicatio ad testamentum destitutum, & in auctore elogii tali modo conditi, ut destituatur, supponitur error vel ignorantia §. 3; Leges romanæ fraudem supponere videntur §: 4; Id quod refutatur, addita nova ratione pro errore & ignorantia; Quia alias salvum non esset tralatitium illud, expedit publice, ultimas hominum voluntates exitum habere §. 5; De veritate propositionis expedit publice, &c. & quod contrarium obtineat si sciente volente testatore hereditas legatis exhauriatur §. 6. & 7; Errori vel ignorantiæ obicem ponere erat in ratione Legis Furiæ Voconiæ; iisdem tamen ad rei consummationem non sufficientibus Lex Falcidia lata est, quæ prospicit, ut error sit innocuus §. 8.; De Dispositione legis Falcidiæ de principio generaliori ut & de regulis, in delibando observandis & iusto plus sit legatum §. 9. & 10; Transitus ad legata

annua §. 11; Legati annui descriptio & divisio §. 12; De Computationis norma quoad legata annua perpetua, quæ etiam obtinet in Legatis ad pias causas. Quid sit pia causa? §. 13. 14; Utrum legata ad pias causas Falcidiæ subjaceant? Neg. §. 15; & simul Computationis necessitas desenditur §. 16; De legatis annuis temporalibus. Computatio probabilitati quousque legatarius victurus est, innititur. §. 17. 18. 19; Quid obtineat si citius decedat, si spe diutius animam agat §. 20; Dubia quædam contra computationem legalem §. 21. & 22; Tentata resolutio, §. 23.

24; Utrum computationis usus sit Falcidia abrogata? §. 25.

(upin alies dalyum non eller tralactions illed, sweede

qued contrariona obtinour li resente valence refluente her reditas leguris tenhaniatin & fares ye Errone vel igno-

sor de janocaus S.S. y De Dilpolitique a gia Falcia ta de principio generaliori ut de des egulis, sa del disciplo oblavano



S. I.

vidius exul Maximi amicitiam laudaturus, universo fere generi humano dicam scribit;

The special city abstracts, southern being build

newing its wint, non in win class it an edge on

Turpe inquit dictu, sed (si modo vera fatemur)

Vulgus amicitias utilitate probat.

Cura quid expediat prius est, quam quid sit honestum: Et cum fortuna statque caditque sides.

Nec facile invenies multis e millibus unum,

Virtutem pretium qui putet esse sui.

Ipse decor recti, facti si præmia desint, Non movet, & gratis pænitet esse probum.

Nil, nisi quod prodest, carum est, i, detrahe menti Spem fructus avidæ, nemo petendus erit.

At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit Utile, sollicitis supputat articulis.

Illud amicitiæ quondam venerabile numen Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet. (a) Tantum abest, ut in hac Ovidiana hæreamus hæres, & Egoismum moralem (b) mortalium pectora sere omnia occupasse credamus, ut potius nobis persvasum sit, plurimos tales esse,

Queis meliore luto finxit præcordia Titan. Omnium enim quæ fuerunt fæculorum annales specimina edunt humanitatis, quæ plus aliis quam propriis inservit commodis. & ut aliis bene sit, non nisi ob virtutis excellentiam prospicit. Non tamen omnibus ea contigit humanæ conditionis felicitas, ut negotia ardua & periculi plena, propria utilitate remota, in favorem tertii subire queant. Multi onera tertio proficua, omniaque officia humanitatis respuunt, simulac coactionis & obligationis speciem præ se ferunt, propriæ vero liberalitatis encomio destituuntur. Haud pauci denique, quamvis non semper utile a decoro discedat, non nisi proficua sibi moliuntur, onerosa declinant. quum ita fint, non mirum est, testamenta ut plurimum fieri destituta, si testator successori, totam hereditatem legatis exhauriendo, non nisi inane relinquat nomen heredis, denegatoque omni lucro eundem obligationibus implicare intendat hereditariis. Major e contra disserendi difficultas, si quæratur de causa adornati tali modo elogii, ut de ejus exitu ipse testator, ad ea quæ fieri folent ut plurimum attentus, in antecessum desperare potuisset: Periculum hinc faciamus inquirendi, quæ verisimilis hujus rei fuerit ratio.

- (a) P. OVIDII NASONIS, Epistol, ex Ponto Libr. II. Ep. III. v. 7.
- (b) De EGOISMO morali conf. JOACH. GEORG. DARIES, Observ. Juris Natural. Social. & Gentium. Vol. II; Obs. 50.

S. 2.

Ut testamentum exitum habeat, in votis cujuslibet testatoris esse videtur. Testantur id solennitates, quæ, ut diligens testandi cura subjiciendorum testamentorum everriculum sit, requiruntur, & ut actui minus serio adhibeantur vix probabile est. Antiquissimis Reip. Romanæ temporibus testamentum paganum in comitiis (a) calatis, & quidem vel curiatis per lictorem curiatim

convocatis, vel centuriatis (b) per cornicinem calatis fiebat. (c). Quis quæso vero ausurus suisset, auctoritatem populi, suffragium Pontificum, ipsos denique dies comitiales non nisi magni ponderis negotiis destinatos, actus frustranei gratia implorare, requirere, adhibere. Ejusmodi abusus auctoritatis publicæ religionisque ipsius ne cogitari quidem potest. Successit denique modus testandi per æs & libram, per ritus mancipationis & imaginariæ alienationis; & quidem originitus, si Theophilo sides habenda familiæ emtor non nisi iple heres erat (d). Hinc testatori ob insidias metuendas multum periculi ex tali solenni in ipsum heredem alienatione imminebat. Perlusorie vero agere, & periculo se exponere contradictorium est. Forma testandi recentior, quæ & apud nos obtinet, simplicior quidem, attamen solennis est, & vix probabile, fore ut testes, nisi de seria testatoris voluntate persuasi permittant, sibi testimonium denunciari. Si porro sidei publicae voluntas ultima concreditur, judiciis, saltem hodie, cautelæ haud paucæ observandæ sunt, quæ seriam hancce voluntatem supponunt. (e). Quid denique clausula codicillaris, metu neglectarum solennitatum adhiberi solita, cujus exemplum sistit Scævola; (f) "(Lucius, Titius hoc meum testamentum scripsi sine ulle juris pe-"rito, rationem animi mei potius sequutus, quam nimiam & mile-"ram diligentiam: et si minus aliquid legitime minusve perite se-"cero, pro jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas.). Quid quæso hæc clausula aliud quam seriam testatoris voluntatem declarat.

- (a) Teste A. GELLIO in Noct. artic. L. XV. Cap. 27. De Comitiis Romanorum in genere conferenci sunt Commentarii PAUL. MANUTII; PAULI MERULAE; OTTONIS AICHERII; NICOLAI GRUCHII; nec negligenda quæ SIGONIUS hac de re tradit.
- (b) VINNIUS, ad S. I. I. de testam. ordin. negat, testamenta in Comitiis centuriatis condita esse; sed ex Gellio, quem probationis ergo laudat resutari potest. ULR. HUBERI, Digression. Justinian. L. 4. C. 30.
- (c) Testamentum paganum ex sententia V. ICTISSIMI GEORGII SAMUEL.

 MADIHN, in Instit. Jur. Civil. L. 2. Tit. 17. §. 285. ideo in Comitiis shebat, quo ipsi heredes in curias testatorum transferrentur, atque sacra ipsius religionis, suffragante Pontissicum collegio, in heredem

 A 2

transire possent. Alii pro ratione hujus instituti allegant, vt testamenta formam legis haberent. JO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW Elementa Antiquit. Juris Rom. publici & privati, 6. 683. ALB. DIET. TREKELLIUS, de origine atque Progressu testamentifactionis præsertim apud Romanos, c. 2. 9. 11-18. JACOBUS HENR. KURELLA, Ichus inter nostrates quondam Celeberrimus de me meisque studiis optime meritus, cuius obitum præmaturum & Musa pregelana & ego adhuc lugemus, in Diff. elegantissima de testamentaria circa corpus dispositione utramque rationem coniungere videtur; quoties inquit civis romanus testamentum condere desiderabat, toties IIDEM RITUS ADHIBENDI ERANT, QUOS ANTIQUISSIMIS TEMPORIBUS ROMANI SER-VABANT, QUANDO LEX FACIENDA ERAT. In comitiis nimirum calatis, &c. IN HIS enim SOLIS TESTAMENTA RECTE CONDEBANTUR, quoniam hæc fola ad religionem & faera spectabant, ad quæ & testamenta jure retuleris, OB SACRA PRIVATA. QUAE CUM PECUNIA AD HEREDES TRANSIBANT.

- (d) THEOPHILI fides vacillare videtur HUBERO, in Digress. Justin. Libr. IV. C. 31. Theophilo subscribunt VINNIUS ET EV. OTTO ad Tie. J. de test. ord.
- (c) CORP. J. FR. P. 11. L. 7. T. 2. §. 7. num. 7. T. 3. A. 1. §. 4. n. 4. T. 3. A. 2. §. 10.
- (f) Libr. 3. Refp. L. 88. S. 17. D. de leg. 2.

5. 3.

Qui seriam de co quod post mortem sieri debet disponendi habet voluntatem, omnia eundem removere oportet impedimenta, quæ obstant, quo minus dispositio exitum habeat. Si non removentur, vel non sunt prævisa, vel superari nequeunt. Tertium non datur posita seria voluntate. Talis vero est conditio illorum, qui legatis universam absumunt hereditatem, ut sibimet ipsis eligant genus testandi, ad impugnandum aut potius evertendum iudicium. Heredi enim aut nulla aut exigua relinquunt lucra, ita ut ne operæ quidem pretium sit, adire hereditatem; quo sit, ut hereditate repudiata voluntas testatoris ipsa in totum pereat. Quum ergo eiusmodi testatores, impedimenta, quæ facillimo negotio superari possunt, non removent, quid quod contraria ratione agant, hos tantummodo casus mente concipere licet; Exhauriunt hereditatem, vel scientes eandem exhauriri, vel ignorantes. Prius si obtinet, vel ius repudiandi quod successori competit ignoratur, vel errant testatores in diiudicando illo, quem successorem defignant, autumantes fore ut pro nullo aut minimo luero onera Subeat hereditaria. Ignorantia & error impedimenta constituunt haud prævisa. Si posterius locum habet, error iterum causa esse potest. Errant testatores aliquando in dijudicandis facultatibus suis, de quibus plus forsan! sperant, quam in illis est. Ponamus testatorem in errore patrimonii versari amplissimi, tenuitatem ignorare. In hoc casu legata tantum abest, ut exinanire autumet facultates, ut potius multa superesse credat, quæ lucro heredis erunt. En iterum impedimentum haud prævifum. Si ergo feria testatoris voluntas ponatur, non nisi ex ignorantia erroreve juris vel facti fieri potest, ut ipse occasionem, cur testamentum destituatur, suppeditet.

§. 4.

Hisce contraria videntur, quæ Jus Romanum larga manu suppeditat argumenta. POMPONIUS, (a) legandi licentiam latissimam ex Legibus XII. Tabul. oriundam testatur coangustatam

esse, vel legum vel auctoritate jura constituentium.

Cui loco jungamus pr. I. de Lege Falcid. ubi legandi potestatem, vi cuius licitum erat, totum patrimonium legatis erogare, coarctatam legimus. Uberiori penicillo denique THEOPHILUS modum & Historiam huius rei describit; "lata, inquit, est
"LEX FURIA, (b) qua cavebatur, ne cui plus quam mille assium
"legare liceret; sed parata huic legi fraus erat. Etenim si quis,
"cum quinque millia nummorum in bonis haberet, quinque legastariis millenos reliquisset, in legem non incidebat, & rursus
"tamen eveniebat, ut heres, qui nullum lucrum haberet, here"ditatem repudiaret. Et ita iterum subvertebantur testamenta.
"Secundo lata est LEX VOCONIA, (c) qua cautum erat, ne le"gatarius plus caperet, quam heres. Sed tamen & hec ipsa lex
"facile convellebatur. Nam si quis cum centum aureos in bonis ha"beret, heredem me instituisset, & nonaginta novem legasset,
"neque

"neque legem transgrediebatur, & locum tamen faciebat repundiationi. Ultimo igitur loco lata est lex falcida, &c. (d).

Si iam ponamus leges prohibitivas, testatoresque ad fraudēm callidos, qui omnem movent lapidem, ut ingeniosa improbitate salvis legum verbis illorum sententiam circumveniant, (e) neque error neque ignorantia causa esse potest, exhausti per legata patrimonii. Omnis quæ forsan hic excogitari potest causa agendi impulsiva, ponenda esset, in nimia privilegii, quod Lex XII. Tabl. (f) patribus samilias legantibus concesserat dulcedine, nec non eius desensione quibuscunque moliminibus contra Leges recentiores tentata.

- (a) Libro V. ad Qv. Mucium I. 120. ff. d V. S. Interpretatio in hac lege idem fignificat, ac certior & accuratior turis definitio, five potestatis olim concess intro intra fines coercitio; cuius interpretationis duo dantur fontes, unus legum, alter disputationis fori, arg. l. 2. §. 5. D. d. O. J. quæ eiusdem POMPONII est; ad quam vide sis CORNE-LII VAN BYNKERSHOEK. Prætermissa ad L. 2. d. O. J. in ejusd. Opuscul. var. argum. T. II.; Cons. etiam HEINECCIUS ad L. 120. D. d. V. S. in D. de origine testamentisactionis & ritu testandi antiquo, quæ exstat in Opuscul. varior. sylloge.
- (b) Lex furia, cognomento Testamentaria, auctore Cicerone in Orat. pro Balbo a C. Furia Tribuno plebis condita est. Tempus condita legis ignoratur. Qua Wielingii, V. Jetissimi sit coniectura vide sis in Lection. J. Civil. L. 2. C. 18. Argumentum legis exhibet Ulpianus Tit. 1. §. 2. in Schulting. Ipd. anteiust.
- (c) De Legis Voconiæ austore & ætate conferatur Wieling, in Lest. J. Civ. L. 2. C. 19; ubi in primis inquirit, utrum recte ex Ciceronis testimonio in Cat. Maj. c. 5. ætas s. annus rogationis nempe V. C. 584. determinari queat, id quod affirmat, quum ex ipsius Voconiæ Legis verbis, quæ secundum Ciceronem, L. 1. in Vervem C. 41. sic concepta erant; Qui ab A Postumio, Q. Fulvio Censoribus, Census esset, &c. annus 584. facile colligi queat.

Argumentum huius Legis erat;

"Qui post A. Postumium, Q. Fulvium censores, census esset, ne heredem virginem neve mulierem faceret, neve Mulieri ultra centum millia HS. legaret; neve qui census esset, plus cuiquam legaret, quam ad heredem heredesve perveniret., Quinti Voconii Saxæ duplex

Vocabulum Census in hae lege non pro eo qui maximum censum habet, s. pro classico ponitur. Locus enim Asconii ad Ciceron, in Verrem d. l. ex quo hæc sumitur explicatio suspectus videtur. Potius Census quemlibet Civem romanum designat.

- (d) Conferatur Theophilus in paraphrafi ad pr. J. de Lege Falcidia.
- (e) Conf. JO. CHR. HEINR. de SELCHOW Elem. Antiq. J. Rom. P. 11. C. 4. S. 111. M. 1. §. 715. EV. OTTON. Com. & Not. crit. ad Inft. 1. 2. C. 22. JO. AUG. BACHIUS in nitidiffima Commentatione de his que imputantur in quartam fiduciarii ad L. 91. ff. ad L. falcid. que in Opufcul. eiusdem a Christ. Adolph. Klotzio collectis & A. 1767. editis locum occupat XII. autumat, testatores subtili calumnia & fraude Censum subterfugisse, ratos, ut Lege Voconia non nis Censis scripta, incensi, quantum cunque vellent, legare possent, idque impune, quia Lex census serviana de vendendis incensis non acerbe aut severe satis servabatur; & Prætores in re dura faciles erant. Cons, etiam Jo. Aug. Ernesti Clavis Ciceron. & quidem index Legum.
- (f) Verba in Tabul. LL. V. kæc fuisse ex Ciceron. de Invent. c. 50. probat Wieling, in Lect. J. Civ. C. 17. Paterfamilias uti legaSit, super familiai pecuniaive suai, ita ius esto. Cons. Gerardi Nood, Obs. 11. 19. Hein, de Origin. Testamentis. §. 10.

S. 5.

Quæ quanta quanta sint, non tamen a nobis impetrare possumus, ut, quam s. 3. stabilivimus sententiæ, mittamus nuncium.
Ponamus enim metum repudiationis vincibilem, tanquam motivum testatori obvium, ut heredis magis honorandi quam onerandi habeat rationem, id quod poni debet, si neque error neque
ignorantia admittatur; ponamus e contra, rationes qualescunque,
legandi licentiam nullis observatis limitibus exercendi, superpondium ex qua parte sit, in oculos incurrit, simulac seriam disponendi statuamus voluntatem. Cessat tunc etiam verosimilis illa testandi ratio in sin. s. 4. allegata. Nam si nulli in legando limites
serventur, animo, legandi licentiam toto exercendi ambitu, contradictorium exinde resultat, & testator juri legandi nihil detrahi
passurus, totam legandi facultatem per indirectum sibi adimit.

Medium,

Medium, quo jus suum exercere & conservare vult, tantum abest, ut fini obtinendo sufficiat, ut potius eidem plane contrarietur. Non obstat per Leges facultatem legandi coarctari, coangustari, Res enim favoris plena est, si Leges determinent limites naturales in exercitio jurium adhibendos, quippe qui ex ignorantia neelecti efficiunt, ut jura ipsa pereant. Arcus nimis intensus frangitur. Res favoris plena est, si errantibus ipsis prospiciatur, ut ne semetipsos decipiant. Nec nos moratur fraus Legibus facta, cuius Theophilus meminit. Significatu proprio de fraude sermonem esse, vix verosimile est. Probabilitati enim minus consentaneum eft. contra propria laborare commoda, machinationes fibimet infis contrarias & noxias adhibere, in dolo denique, magnis prævisisque detrimentis expiando versari. Legi nonsolum Furiæ sed etiam Voconiæ ex errore contravenire poterant testatores. Æstumat Titius facultates suas pluris, quam veritas patitur. Non circumspicit varios casus, patrimonio inimicos, qui usque ad extremum vitæ halitum imminent. Plura ordinat legata, quæ si tantæ illi effent facultates, quantas autumat, hereditatem non absorbent sed lucrum haud exiguum heredi relinquunt, quæ e contra hereditatem absumunt si opinione minores sint facultates, si casus ex parte illas devorant. Fraus legibus in tali casu facta est effecte non affectu, ipsa re non consilio. (a) Nostra denique thesis eo minus habet dubii, quo certius esse videtur, non nisi eadem stabilira salvum esse tralatitium illud; (b) expedit reipublica, ultimas hominum voluntates exitum habere.

- (a) Arg. J. 3. I. Qui & ex quib. caus. manumitere non possunt.
- (b) L. 5. ff. testam. quemadm. aper.

§. 6.

Nonsolum civibus debetur, ut supremæ voluntatis liber sit stilus, & licitum quod non redit arbitrium, sed expedit etiam reipublicæ, ultima eorundem elogia exitum habere. Testimonium si probationis vice sungeretur, Quinctiliano (a) denunciaremus. "In more civitatis inquit & in Legibus positum est, ut quonties

nties fieri potuerit, defunctorum testamento stetur. Neque enim , aliud videtur solatium mortis, quam voluntas ultra mortem, alio-"quin potest grave videri etiam ipsum patrimonium, si non integram legem habet, & quum omne ius in id nobis permittatur "viventibus, auferatur morientibus,, Rationem denique huius rei "Suppeditare videtur Seneca; (b) "ubi mors interclusit omnia, quæ-"rimus dignissimos, quibus nostra tradamus,, & alio loco idem Philosophus, (c) ,,Quid est quare grati esse velimus, quum morimur? "Quare singulorum perpendamus officia? quare id agamus in "omnem vitam nostram decurrente memoria, ne cuius officii videsamur obliti. Nihil iam superest, quo spes porrigatur. In illo ta-"men cardine positi abire e rebus humanis quam gratissimi volu-"mus. Est videlicet magna in ipso opere merces rei,. Ut vero explicatius de hac re disseramus, sequentes sabiliende sunt propositiones. Ad salutem reip. confert, si cives divitiis circumfluunt; quo maior civium opulentia, eo maior dominii eminentis ambitus est. Hinc rectori civitatis cura cordique sit medium quodeunque honestum, quod efficere potest, ut facultates civium crescant & licito modo augeantur. Nulla divitiarum scaturigo intercludatur. In primis irritamentorum diligentiæ habeatur ratio. Haud raro enim eo locupletior quis evadit, quo maius est studium amplificandæ rei familiaris. Non vero potest non fieri ut maxima huius rei sit cura, si, que multo questita sunt studio, si fructus laborum illi cedant, quem moribundus dignissimum putavit, cuiusque merita compensare grati animi esse iudicavit. Negligentia e contra, profusio & nimius luxus obtinebunt, si nulla voluntatis ultimæ habita catione patrimonium lucro sit hominibus ex iudicio defuncti eodem vel simpliciter vel secundum quid indignis. Si ergo spes, fore ut facultates post mortem ex nostro distribuantur arbitrio diligentiæ sit quasi somes, si diligentia ad sacultates augendas haud parum conferat, facultates vero ut augeantur saluti reip. convenit, prono exinde sequitur alveo, eiusdem, reip. puta, interesse, ut testamenta exitum habeant. Accedit, quod testamento honorati præsumtive dignissimi sint, & mereri videantur, ut secundum Leges in thesi disponentes heredi ab intestato præserantur. Onne denique dubium de præferenda successione testamentaria

taria cessat, si & in hypothesi appareat, (d) quod pietas, sides, pudor testamentum scripserit, quod omnibus affinitatibus pro cniusque officio gratia relata sit, relata & uxori (e).

(a) Declam. 308. (b) De benef. lib. 4. C. II. (c) De benef. L. 4. c. 22. (d) Plinius, Ep. L. 8. Ep. 17. (e) Conferat. Frang Sutchesone Sittens lebre der Vernunft aus dem Engl. überfent, 2 Buch, 8ter Abichn. VII. 2. pag. 514. feqq.

5. 7.

Quæ tamen S. antecedente deducta sunt, non obtinent, nis testatoris seria disponendi suerit voluntas. Hæc deficit, si eodem sciente volente, non obstante repudiationis metu, legatis exhaus riatur hereditas. Ut de exitu testamenti promovendo in tali casu Leges caveant, nulla fingi potest solida movensque ratio. Interesse enim testatoris non videtur, successio utrum ex testamento an ab intestato obtineat, quid? quod, successio ab intestato per indirectum intenditur. Necesse est, ut eidem sequentes obviæ sint inspectiones. Eque possibile est, ut successor designatus pro minimo aut nullo lucro hereditatem adeat, ut e contra eandem repudiet. Ut hereditatem adeat, in votis est, & causam testamenti conditi continet impulsivam. Repudiationis metum facillimo removere possem negotio. Jam vero malo hereditatem repudiari, testamentum perire, & successionem ab intestato obtinere, quam maiora heredi lucra destinare; id quod fundat in successionem ab intestato consensum eventualem. Ad minimum nulla testatori videtur fuisse prægnans ratio, cur Legis, quæ de iure succedendi ab intestato disponit provisionem, provisione contraria tolleret, & potius alii, quam heredi ab intestato destinaret facultates.

wing to the resulting the court of the state Si ex errore vel ignorantia testator hereditatem exhauriat, periculi, fore ut testamentum destituatur, avertendi, urgens solidaque adest ratio (a). C. FURIUS & Q. VOCONIUS SAXA frustra laboraverant de coercenda nimia legandi licentia. Juri, utroque rogante, constituto ex errore vel ignorantia testatores contra-

contravenire poterant. Non impediebatur, quo minus hereditas exhauriretur, testamentumque destitueretur. Id quod FALCI-DIO occasionem suppeditabat, de novo cogitandi medio piæcavendi, ne testamentum destitueretur, etiamsi totum patrimonium legatis erogatum esset. Difficile est, errori obicem ponere. Sed errori nocua præscindere consectaria magni & excelsi ingenii est. Qui honos omnino FALCIDIO debetur. Hac tamen afferti nostri notetur limitatio; Quamvis ex primaria eius intentione plebiscitum errantibus tantum vel ignorantibus prospicere videatur, legis dispositio tamen hodie in genere, hereditate sive scienter. sive ignoranter exhausta usum habet. In applicandis legibus, quæ ita scribi nequeunt, ut omnes casus, qui quandoque incidunt, comprehendantur, non semper servari possunt limites, quos eorundem occasio posuisse videtur. Et sane iudicium finium regundorum, in diiudicando, utrum aliquid ex errore an consulto, quibusque ex motivis fiat, in animis hominum quum tantæ fint latebræ, tantique receffus, inextricabiles haberet difficultates. Hinc fatius eft, in genere ob præsumtum errorem ignorantiamque in casu exhausti patrimonii Legi Falcidiæ locum facere, quam intentionis contraria probationem non admittere, in primis quum per indirectum & heredibus & legatariis per hanc consulatur dispositionem. (b)

(a) Nov. 1. C. 1. que neminem in paupertate vivere, neminem mori in anxietate permittit, sed deficientium dispositiones omnibus modis impleri vult, hinc viventibus cautelam, morientibus honorem exhibet, aliud periculi huius avertendi medium suppeditare dicitur. Sunt enim qui hancce Nov, ita explicant, ut secundum eins dispositionem testamentum amplius non fiat destitutum, sed uno voluntatem defuncti adimplere nolente, alii successivo ordine vocentur. VOET, in Com. ad ff. Lib. 28. T. 3. S. 14. VINNIUS ad I. S. 4. in fin. quibus mod. testam, infirmantur. PAGENSTECHER in sicilim, ad Comp. Schuzio Lauterb, Manip. 3, p. 254 Jegq. qui instar omnium legi meretur. Contraria tamen via in explicanda hacce Nov. incedit LAUTERB in D. de testamento destituto in Vol. III. Disputationum Iuridicarum Tubrigenfium, ubi argumentis haud contemnendis, quæ ex nostra sententia multum ponderis habent, demonstrare allaborat, Novellam tantum de casu hereditatis aditæ loqui, si sc. heres voluntatem testatoris adimplere declinat. In tali sententiarum divortio nihil decidere audemus ; liceat tantummodo sequentia addere; si sententia Lauterbachianæ contraria

adoptatur, si periculum testamenti destituti cessat, nulla Legis Falcidize adest necessitas. Conferatur CORPUS J. FRID. P. 11. Lib. VIII. T. 11. 6. 62. pag. 254. Schlieglich ift noch ju merten, bag bie Romifchen Befege bem Erben erlaubt haben, von allen Legatis den vierten Theil abzutieben, welcher quarta falcidia genannt murbe. Weil nun biefe Falcidia bloß aus Furcht, daß das Teftament entfraftet werden mochte eingeführet, und dadurch zu ungabligen Gubtilitaten und Streitige teiten Unlag gegeben worden: fo haben wir notbig gefunden biefe falcidiam ganglich aufzubeben, und ein vor allemabl feftzufeten : 1) Daß wenn der Erbe bie Erbichaft megen ber vielen Bermachtnife angu: treten Bedenten haben follte, die Erbichaft fo viel die Legata und Des ren Gultigfeit betrift , ipfo iure pro adiea gehalten werben; im ubrie gen aber 2 bie Erbschaft bem Substituto, ober wenn auch diefer die Erbichaft repudiret, benen heredibus ab intestato deferiret, und in be ren Entffehung ein Curator hereditatis beffellet werben folle, welcher Jus hereditatis beforgen, und die legata auszahlen muß.

Non tamen implicat, ut falcidia obtineat in favorem heredis, si adeat, etiamsi in casu contrario legatariis, si sc. heres non vu't aut non potest adire, prospectum sit. Sic secundum JUS PRUTENICUM, d. A. 1721. P. 2. L. V. T. 6. A. 2. §. 3. disponitur, ut legata (in primis quæ causis piis destinata sunt) valeant, ctiamsi testamentum ob defectum solennitatum nullum sit. Per conclusionem a maiori ad minus idem obtinet quoad testamenta destituta. Falcidia tamen adhuc obtinet. Nullibi quidem in Jure Prutenico ex prosesso de Lege s'alcidia agitur, Locus tamen sugitivus, dispositioni quæ Falcidium auctorem agnoscit

locum vindicat. P. II. L. III. T. V. A. I. §. 51.

(b) L. 71. ff. & pr. I. ad Legem Falcidiam, l. penulte C. ad Leg. Falcid. verbis; & viventibus & morientibus providemus, Les loix civiles dans leur ordre naturel p. Mr. DOMAT, Lib. 4. T. 3. p. 490. De la Falcidie.
"Cette loy est egalement iuste pour l'interet & des testateurs, & des heretiers, & des legataires. Car les testateurs pouvant trop estimer leurs biens, ou croire, qui en ont plus, qu'ils n'en auroient en esset, & dans cette pensée epuiser en legs leurs succession, ils obligeroient leurs heritiers a y renoncier plutôt que d'acquiter les legs sans retranchement: L'interet des heritiers est tout évident: & les legataires ont aussi le leurs de soussire plutôt un retrenchement de leurs legs, qu'une perte entiere, si la succession etant abandonnée, le desordre des affaires avoit cette svite, "

5. 9.

Legis Falcidiæ dispositio sequens est; QUICUNQUE CIVIS ROMANUS POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMEN-TUM

TUM FACIET, IS QUANTAM CUIQUE CIVI ROMANO PE-CUNIAM JURE PUBLICO, i. e. CIVILI DARE LEGARE VO-LET, JUS POTESTASQUE ESTO, DUM ITA DETUR LEGE-TUR, NE MINUS QUAM PARTEM QUARTAM HEREDITA-TIS EX EO TESTAMENTO HEREDES CAPIANT. (a) Deftinatæ huic Commentationi clepsydræ non permittunt, ut in hac Lege explicanda prolixiores simus. Vix etiam aliquod post Jetos magni nominis, qui integris Commentariis illustrarunt de Lege Falcidia Materiam datur spicilegium. Sufficit pro scopo nostro, si dispositio animo obversetur; nemini liceat ultra dodrantem legare, & si ultra quid legatum, dodrans tamen tantummodo dividatur; & quidem in ratione legatorum partialium. Quadrans apud heredem remaneat.

(a) DUAREN. Op. p. 1054. l. t. pr. ff. ad L. falcid. Lata est Lex Falcidia rogante P. FALCIDIO TRIBUNO PL. A. V. C. 714. Calvino & Pollione Coff., quum summa rerum penes Triumviros esset; quare falsum eft, quod Midorus Origin. L. 5. C. 15. tradit; quodque inde in Jus Canonicum traductum eft, c. 6, distinct, 2. Falcidiam Legem æque ac Papiam Poppæam Augusto Imperante rogatam esse. BACHII D. de his que imputantur in quartam fiduciar., S. II. EV. OTTON. Com. ad 3. L. 11. C. 22. De Etymologia denominationis conf. MENAGIUS in Amenit, J. Civil, C. 39. pag. 284. qui derivationem nominis a falce ridet.

Julio 10 5. 10.

Eadem hie obtinent principia, quæ sibi locum vindicant, si plures heredes in pluribus portionibus, quam As patitur scripti funt. Tunc singulis pro rata eius partis, quæ cuique adscripta est, aliquid detrahi debet. Partes in quibus heredes scripti sunt, exprimunt tantummodo rationem, quam habent portiones singulorum erga se invicem. Si summa legatorum dodrantem excedit, dodrans spectari debet instar totius hereditatis; Legatarii se habent ut heredes inslituti, & legata partialia veluti partes illis adscriptæ. Hinc dodrans inter legatarios distribuatur pro rata portione eius, quod cuique legatum fuerit, sive dodrans dividatur in ratione legatorum partialium; Hinc duplex regula.

1) Ut summa legatorum ad legatum partiale unius legatarii, ita dodrans hereditatis ad legatum, post detractam falcidiam legatario isti debitum. Ponamus hereditatem. 1200; Legata 800 & 400 quæ Mevius & Sempronius consequuturi sunt. In hoc casu dodrans 900. tantum dividi potest & quidem in ratione ut 8: 4 quæ est ratio legatorum partialium.

Infertur itaque ut 12:8) = 900 R. & porro ut - 12:4) = 900 R. fic ut alter 600. alter 300. consequatur.

2) Pars legatario cuique subtrahenda est ad legatum ipsius ut pars a summa legatorum falcidiæ gratia auserenda, ad ipsam legatorum summam, in casu suppeditato quarta pars omnibus legatis

iunclim sumtis & cuilibet legato in specie detrahi debet.

Suppeditat nobis principia JCtorum superstitum KEIMHAION ULR. L. B. de CRAMER, in Opusculerum, Tom. IV. Sp. 1. qued sistit doctrinam Juris Romani de divisione hereditatis inter plures heredes instit. & Computat. Falcidia benesic. methodi demonstrativa ad notiones um-versales reductam.

S. 11.

Supponunt regulæ in all. luculentissima Commentatione, solidissimis superstructæ argumentis, ut exacte non solum de statu bonorum constet, sed etiam de summa legatorum. Tota enim huius computationis cardo in ratione quantorum erga se invicem vertitur. Contingit vero aliquando, ut de huius vel illius legato non constet, quantum illud sit suturum. Ponamus annuum corpori vel collegio legatum; ponamus annuum amico destinatum, quod eodem superstite debetur, cessante post sata eius exsolvendi obligatione. Plures dantur incertitudinis eiusmodi inspectiones. Nobis vero sufficiat inquirere, quæ per difficultates datas sint eluctandi media.

S. 12.

Annuum legatum est emolumentum singulis annis ab herede denuo præstandum; id quod distingvi debet, a Legato, cuius præstapræstationi testator in savorem heredis distinctos præscripsit terminos, sive quod in plures pensiones exonerandi heredis gratia divisum est. (a) Dividitur in perpetuum & temporale. Illud ex voluntate testatoris in heredes legatarii simul transit, vel collegio cuidam seu corpori est relictum. Hocce Legatum temporale personam legatarii non egreditur.

(a) L. 20. & 26. D. S. 1. quando dies leg.

The standard of the \$. ... 13. bit of be to bit

Si legatum annuum sit perpetuum, quæ esse debeat computatio, ad eruendam legati quantitatem, Leges disponunt; Si Rei publica in annos singulos legatum sit, cum de Lege Falcidia quaratur, Marcellus putat; tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti, ad usuras trientes eius summa que legata est colligendas (a). Hinc annui ad sortem unde illud exsolvi debeat ratio est ut 4: 100. e. g. legatum annuum fit 20. Computatio (expedienda fecundum fequentem formam ut 4: 100 = 20.) fortem constituet 500; quæ deinde summæ legatorum partialium addenda est, ut de summa legatorum totali constet. Ponamus testatoris facultates 4000; A. sit heres. Accipiant Legatarii B. 1500; C. totidem 1500; Collegium D. annuatim 20. In hoc casu sub titulo annui, sive propter illud fumma soo. reliquis addenda est legatis. Hinc summa totalis omnium Legatorum erit 3500. Dodrans qui tantum dividi potelt æqualis est summæ 3000; quæ summa distribuenda est in ratione legatorum partialium, & quidem

fecundum regulam 1. §. 10. allegatam $\begin{cases}
1500 = 3000 : 1285 \frac{27}{35} : \frac{5}{7} \\
1500 = 3000 : 1285 \frac{25}{35} : \frac{5}{7} \\
500 = 3000 : 428 \frac{20}{35} : \frac{4}{7}
\end{cases}$

fecundum

fe undum regulam 2. eod. § alleg. feptima pars fummæ omnium legatorum detrahi debet; hinc & detrahatur cuilibet legarario

3500:3000 = { 1500:1285 \$ 1500:1285 \$ 500: 428 \$

Ratio omnium legatorum ad dodrantem elt ut 7 : 5; eadem ratio etiam esse debet inter legatum adhuc integrum & illibatum. & partem delibandam.

Id quod deducitur est pro b. 214 2 [septima pars

pro c. 214 \(\frac{2}{7}\) \{ \text{cuiuslibet}}

pro d. 71 \(\frac{3}{7}\) \{ legati.}

Summa omnibus legatis delibanda 500. supplet id quod quadranti deest, & iterum est septima pars omnium legatorum simul fumtorum 3500. In supplementum huius materiæ adhuc notari debet, 1) quod delibatio, quatenus scilicet legatum annuum perpetuum dispositioni Legis Falcidiæ subjaceat, non nisi quotannis intuitu ipsius annui fieri possit, ita ut collegium sive corpus mysticum, cui annuum destinatum, quotannis in casu dato 20. minus Septima parte accipiat.

2) Quod multis parasangis a legato annuo perpetuo differat ufusfructus corpori cuidam mystico s. collegio relictus, intuitu cuius eadem obtinet computatio, quam in legato annuo temporali fieri promising Leaguerum eile eco. Dodrens auf tengun divictorod

200 L. 3. 9. 2. ff. ad Leg. Falc. 2000; Sangue Ha single landing of multiple malorest

Computatio quæ in genere quoad legata perpetua annua obtinet, locum fibi etiam vindicat in legatis ad pias causas. (a) Ouicquid ob rationem pietatis in testamento relinquitur, ad piam causam legatum esse censetur. Ratio pietatis vero adest, si reverentia divini numinis fuerit causa impulsiva, vel gloria eiusdem promovenda cultusque externus causa finalis; pietas est si testator prospiciat egentibus, in calamitate tabescentibus, qui cum miserrima colluctantur fortuna, quorum denique vita a stipe miseri-

cordiæ affectu data pendet; pietas denique est, si ob utilitatem publicam aliquid fuerit legatum. Hinc Ecclesiæ, Monasteria, Orphanotrophea, Brephotrophea, Nosocomia, Gerontocomia, Ædes denique læso sed invicto militi destinatæ pia corpora vocantur, & quæ his piis corporibus legantur, ad pias causas legata censentur. Pietatis suppeditare notionem definitionemque ad Logices lapidem lydium exactam difficile est. Dantur homines, qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. Si huius farinæ homines ad pias causas legant, ratio legandi alia simulate concipitur, alia mente reposta latet. Aliquando avaritia (b) & vanum gloriæ studium, aliquando opus meritorium menti obvium, legandi constituit motivum. Quamvis revera legatum eiusmodi in pios convertatur usus, tantum tamen abest, ut ex pietate originem trahat, ut potius testatori novum imprimat dedecus, novam adspergat labem. Hinc dubium, utrum legati usus an intentio eius qui illud ordinat, vel utrumque simul notas suppeditet huius rei characteristicas. cedit, magnificum pietatis titulum haud raro superstitionis vitio contaminari. Nec filentii peplo involvendum, quemcunque, ex religionis, cuius facris initiatus est, principiis esse diiudicandum. SERENISSIMUS NOSTER in quo sera posteritas, Majestatem armis decoratam & Legibus armatam, miracula virtutum heroicarum & divina fere exempla prudentiæ legislatoriæ venerabitur, Legis sacratissimæ (c) quæ Legatis ad pias causas limites ponit, hanc allegat rationem, damit nicht schwache und superstitieuse Gemuther den nachsten Berwandten die Erbichaft und dem gemeinen Sandel und Bandel zu viel Capitalia entziehen; Positi limites tamen laxantur, intuitu illorum, qui pontificiæ religionis dogmatibus imbuti, nonsolum pro mortuis quoad resurrectionem carnis, id quod olim moris erat, sed etiam pro relaxatione & redemtione animae ut preces fundantur, iubent & huius rei intuitu legata ordinant. Ratio iterum exprimitur ; unfere bochfte befannte Denkungeart ift von alle demjenigen weit entfernet, was einen Bewißens : Zwang mit fich fub: ret, oder felbigen nach fich ju ziehen scheinen mochte (d).

⁽a) Conf. JO. SAM. FR. BOEHMER. in Diss. de Instituatione in Donat. ad pias causus exule §. 4. JUSTUS HENN. BOEHMER in Ex. ad ff. LXXX; de privileg. legator. piorum genuinis & spuriis.

⁽b) Id quod paradoxon videtur. Quomodo avaritiz teterrimus affectus circa ultimas

ultimas voluntates se exserere potest? Resolutionem vide in D. sub Pras. 30. BALTH. WERNHERI, a RECHENBERGIO babita, qua de nimia extensione privilegiorum piis causis concessorum agit & in Opusc. Wernherianis, Vol. VII. deprehenditur.

(c) Conf. das Ronigl. Ediet, d. D. d. 21 Jun. 1753. in N. C. C. P. B. p. 505.
(d) Conf. die Declaration des vorstehenden Ronigl. Ediets, d. D. d. 12. Martit

1754. in N. C. C. P. B. pag. 647.

5. 15.

Novos vero offendimus scopulos si attendamus ad controversiam inter |Ctos celebrioris samæ agitatam, utrum Legata ad pias causas dispositioni Legis Falcidiæ subjaceant nec ne. Hinc nostrarum partium esse videtur inquirere, assirmativa an negativa huius quastionis decisioni album adjiciamus calculum? & negativa stabilita, quatenus adhuc & quem in usum inire oporteat computationem? Priorem quod attinet quæstionem, ne IULIUS quidem PAULUS fibimet ipfi constare; sed Paulus Paulum jugulare videtur. Lex Falcidia inquit, (a) deducto omni are alieno, DEO-RUMQUE DONIS, quartam residua bereditatis ad heredes voluit pertinere. & alio loco contrariam videtur defendere sententiam, (b) Ad Municipum quoque legata VEL ETIAM EA QUAE DEO RELIN-QVUNTUR, Lex Falcidia pertinet. Hinc CUIACIUS, ICtorum Coryphæus mutata lectione posteriorem locum sic exprimit; NON ETIAM EA QUÆ DEO RELINQUUNTUR (c). SCHULTINGIUS e contra (d) Criticam hancce ridet, & fontes allegat qui pro defendenda lectione affirmante I. all. adiri debent. Apparens tantum est antinomia. Diversa utriusque effati Paulini sunt objecta. Loco priori fermo est de donariis Diis consecratis. Res sacræ non sunt in commercio, astimationem non recipiunt, hinc ut res spectantur. quæ ad res defuncti augendas nihil faciunt, hinc detrahuntur, ficuti & æs alienum detrahi oporteat (e). Locus posterior e contra loquitur de illis, quæ sacris relicta sunt collegiis. Hæc deductioni ex Lege Falcidia omnino suberant. L. 49. C. de Eipscop. & Clericis luculentissime evincit, tempore adhuc Justiniani deductionem hancce iuris fuisse; testator ibidem ad declinandam Legem Falcidiam totam substantiam pro redemtione captivorum relicturus, eos ipsos captivos scribit heredes. Ad Legem vero declinandam, quæ nobis plane non est scripta, nulla opus esse viderur cautione:

can as

cautione; accedit, quod eadem ipfa Lex, qua hancee captivorum institutionem validam declarat, & episcopis œconomisque iniungit, ut herditatem suscipiant, expressis tanquam singulare quid addat verbis, nullo hancce rem ecclesiæ vel episcopis suturam esse lucro. ofi enim propter hoc a speciali herede recessum, ut Falcidæ ratio non sinducatur, quomodo ferendum est, hoc quod in facrum venerit. per Falcidiam vel aliam occasionem minui? Recentiora quod attinet iura, Novella 131. C, 12. allegari solet ab utroque ICtorum agmine, & qui detractionem negant, & qui eandem defendunt. (f) Hi ut plurimum tres faciunt Hypotheles; 1) si heres impiæ avaritiæ affectu ductus hereditatem inanem vel ære alieno ita obrutam effe afferit, ut legatis ad pias causas exsolvendis plane impar sit. 2) Si in exsolvendo moram committit. 3) Si neque dolo sub prætextu hereditatis inanis vel obrutæ exfolutionem declinat, neque in solvendo moram committit. De casu posteriori Novellam nihil disponere censent; in casu priori lucrum Falcidiæ cessare, quid? quod totam hereditatem piæ causæ cedere desendunt; In casu denique inter utrumque medio pœnam tantum obtinere autumant, ita ut & fruclus & omne legitimum exigatur augmentum a tempore mortis eius, qui ciusmodi legatum reliquit. Quanta quanta sit auctoritas, quam in primis Wielingius (g) elegantioris Jurisprudentiæ promus condus interpretationi iamiam recensitæ conciliare studet ex ipso Novellarum græco Textu. Hombergii Versione, latina Juliani Epitome, & ex Theodori Balfamonis Schol. ad Photii Nomocan, tanta tamen non est, ut & nos eandem adoptemus. Græeus textus, Versio Hombergii, & Juliani Epitome cum versione nostra vulgata conspirare videntur. Hinc nihil exinde deducitur, quod ex vulgata versione non posset deduci. Theodorus Balsa. mon sistit tantum huius Novellæ interpretationem doctrinalem, quæ si melior adsit, cedere debeat. Non dubitamus vero sententiæ illorum primas deferre (h), qui in Legatis ad pias causas Falcidiam simpliciter cessare defendunt, non in pænam doli ab herede commissi, sed in savorem piæ causæ, ita ut prima aliter sentientium hypothesis plane cesset, posterior sanctionis principale constituat obiectum, & de casu moræ incidenter tantum disponatur. Ponit scilicet Novella heredem, qui legati exsolutionem præsentaneam ex instanti faciendam declinat, i. e. non implet qua ad pias

causas relicta sunt, quia relicta sibi substantia non sufficit ad iffa, i.e. quia dodrante plus fuerit legatum, ob quam causam exsolutio declinari poterat, usque dum dodrans in ratione legatorum partialium fuerit divisus, sive usque dum constaret, quid cuique legatario pro rata detrahi debeat. Namad tempora usque Justiniani, exactioni legatorum, in casu, quo dodrantis nulla habita ratione iusto plus fuerit legatum, exceptio Legis Falcidia, cum jure retentionis conjuncta opponi poterat. Qui iure fuo utitur, nemini facit iniuriam, nullius doli potest infimulari; loquitur ergo Justinianus de quocunque herede, qui Legis beneficio ufurus est, & exceptionem alias ufitatam eidem denegat, ita ut piæ causæ fiat, quod satis est, ets substantia hereditatis reliquis legatis non sufficiat, pracipimus omni Falcidia vacante, quidquid invenitur in tali substantia proficere ad causas quibus relictum est. Hæc generalis dispositio repetita legitur in verbis: si legatum ad pias causas relinguitur, iubemus intra sex menses, hoc modis omnibus, praberi quibus relictum est. Generali huic dispositioni additur denique casus moræ, singulari coercendus pæna. Sunt etiam, qui hanc Novellam tantum de casu moræ disponere autumant, (i) ita ut secundum illorum placita, Falcidia tantum cesset, si heres in mora fuerit constitutus; sed diversa plane est periodus, quæ de mora disponit, & nihil commune cum antecedentibus habet,, fi antem diffulerint, qui in hoc onerati sunt, huiusmodi prabere legatum & fructus & usura & omne legitimum exigatur augmentum. Universalitatem propositionis, quæ detractionem Falcidiæ in Legatis ad pias causas prohibet, secundum Pagenstecher: (k) sequens probat argumentum.

O. qui dicit, substantiam relictam non sufficere legatis piis, Falcidiam perdit.

O. heres falcidiam fibi servare gestiens etiams nec in dolo nec in mora sit, dicit substantiam relictam non sufficere legatis piis; Ergo Falcidiam perdit.

Est denique quam stabilivimus sententia, illa, quam Praxis suam fecit (1).

(a) Sent. Recept. L. 4. T. 3. 9. 3.

(b) Libro fingulari ad L. Fale. 1. 1. 9. 5. ff. ad L. Fale,

(c) In Notis ad J. & ad Julii Pauli, Sent. Rec.

(d) In Ipdt. antej. ad loc. ex S. Recept.

(e) WIELING, Lect. I. Civil. Lib. 2. C. 29. p. 238. MARCILIUS ad 6. 2.
I. de lege falcid. in Comm. IANI A COSTA, p. 321

(f) Diffi-

(f) Difficultates que hancee Nov. premunt dolet DOMAT, in libro, qui prodiit sub tit. lex loix civil. dans leur ordre naturel. t. all. S. 2.

(g) In Lectionibus Juris Civil. L. 2. C. 31.

- (b) Conf. F. H. Buhmer in Ex. ad ff. Diff. all. & Gudelinus de Jure novissimo Libr. II. C. XI. p. 69. Huber, in Pr. ad J. ad L. Falc, p. ult.
- (i) In quam senteutiam inclinant Jetus magni nominis JO. AUG. BACH. conf. BERGERI Oeconom. Juris que a. 1755. cura Bachii prodiit, L. 2. T. 4. §. 31. N. 7. Stryck de Caut. Test. C. 22. N. 3. §. 1.

(k) In Sicilim. all Comp. J. Sch. Lauterb. M. 3. p. 284. fegg.

(1) Struv. Synt. J. C. ad Tit. de Lege Falcidia.

§. 16.

Non tamen exinde sequitur, omni computationem 6. 13. allegatam destitui utilitate. Exceptio intuitu piæ causæ stabilita neque præiudicio neque lucro cedat reliquis legatariis, id quod contingeret, si plus minusve illis detraheretur ac detrahendum esset, si nullum adesset respectu Falcidiæ legatum privilegiatum. Sunt, qui autumant, legata pia æris alieni instar considerari, ita ut nulla sit hereditas, nullus dodrans nisi deducto are alieno, deductis legatis privilegiatis. Lubenter id concedimus, si legatum necessariam habeat causam, ut prælegatum dotis, legatum debiti; fatio tune in promptu est. Concedimus, quorum intuitu lex iubet, ut æri alieno addantur, & ad instar eiusdem detrahantur, ut pretia Legis dispositione deficiente religioni fervorum manumissorum. nobis sit, tale quid admittere; lucro enim talis cedit detractio re-Jiquis legatariis, præiudicium heredis auget, & privilegium non nisi privilegiato concessum per indirectum sit privilegium omnium legatariorum commune. Ponamus defuncti facultates 4000; Legata a.) 1500; b.) 1500; c. quod piæ caufæ destinatum est 500; Si 500 oux pix cause destinata sunt a summa 4000 detrahuntur, hereditas est = 3500, Dodrans = 2625; qui si in ratione legatorum partialium dividitur, partem cuiuslibet legatarii cui 1500 destinata erant constituit 13121, ratam detrahendam 1871 Si e contra computatio fit secundum §. 13. legatarii A. & B. accipiunt tantummodo quilibet 12855, detractis 2147, quæ computatio talis est, ut salvo quod piæ causæ concessum est prvilegio, legatariis reliquis nihil præjudicii inferatur, heredi consulatur. Nostra enim ex sententia in computatione legali piæ causæ eodem modo haberi debet ratio, ac si Legi Falcidiæ subesset, non ut revera rata suæ portionis delibetur,

libetur, sed ut reliquorum legatariorum intuitu constet, quid quantumve illis sit detrahendum, ut ne iusto minus vel plus detrahatur. Nihil novi enim est, ut in computatione, quam Leges inire iubent tertii ratio habeatur, quamvis causa computationis in illum plane non quadret, & quidem ad avertendum præiudicium quod ex contraria agendi ratione illis immineret, quorum intuitu computatio ineunda est. Sic in computatione legitimæ filius iuste exheredatus inter liberos connumerandus est, (a) eatenus ut ceterorum siliorum legitima eadem sit ulso ac nullo exheredato; ut 2 pater exheredans de filii iuste exheredati legitima libere disponere queat, ut 3. universaliter instituti legitimam iuste exheredati accipiant.

(a) BASTINELLER, de usu theor. & practic. Qu. an filius inste exheredatus in Computatione legisima inter liberos sit consumerandus nec ne.

§. 17.

Sequitur nova huius commentationis contemplatio, concernens Legata amico ad dies vitæ destinata, annuatimque exsolvenda. In ambiguo est, ad summam victurus senectutem, an citius sato sit cessurus. Mors omni ætati communis est, iuxta illud Horatianum

Mixta fenum ac iuvenum denfantur funera, nullum

Sæva caput Proferpina fugit.

Hinc etiam incompertum, quoties legatum consequuturus sit, & quanta fumma legati huius partialis intuitu, fummæ legatorum totali annumerari oporteat. Leges diversa sese ex difficultatibus extricandi media suppeditant. Secundum, 1. 55. ff. ad L. Falcidiam ex sententia Marcelli vivo legatario iudex æstimare debet, quanti venire legatum potest, id quod differt pro varia eius cui legatur, ætate, conditione, valetudine. Pluris enim æstimatur, si puero vel iuveni adhuc eiusmodi legatum competat, ac si qui atate declivis est, illud exigendi ius habeat; pluris si legatarius incorrupta fit fanitate, ac si eiusdem perdita sit valetudo, infirma corporis adfectio, (a) Omnia in hoc casu pendent a probabilitate, quæ per se multum incertitudinis habet, & præter ea diversimode adhuc, prout alter altero plus metus fovet, determinari solet. omnia verentur, omnia imaginantur, quæque natura metuentium est, ea maxime sibi, quæ abominantur, fingunt. Hinc suis, quam allega-

allegavimus eluclandi via, incommodis laborat. Facilior e contra effe videtur determinationis regula, quam Æmilius Macer, Libr. 2. ad Legem vicesim. hereditatium, (b) allegat. Sequens einsdem norma est; si Legatarius triginta annis minor sit, eundem adhuc triginta annos victurum esse præsumitur. Si annos habet triginta vel plures, annis vero 57. minor est, sexagesimum vitæ annum adhuc attingere probabile est. Qui 56. annos excessit, lustro plus animam agere non speratur. (c) Stabilivimus hæcce ad ductum Legis ipsius, prætermissis illis, quæ GOTL. GEORG. TITIUS (d) circa hancee computationem proponit. Quoad explicationem Legis enim errare videtur, quum 30. annorum computationem tantum fieri autumat in casu si legatarius recens natus sit. Si e contra anno, biennio, triennio &c. major sit, tot annorum computationem requirit, quot annis triginta deficiunt. Quoad habitum computationis extra omnem dubitationis aleam quidem politum est, præfumtiones hasce legales haud raro fallere. Sed quum in casu propolito fecundum probabilitatem procedendum sit, satius est, ut Leges quid prælumendum sit statuant, quam si probabilitas in calu quolibet speciali secundum arbitrium iudicis vel illorum quorum interest determinetur, in primis, quum in casu præsumtione tantum opus sit præsentaneæ computationis ergo; si enim postea de veritate constat, eidem honos habetur, ac si antea nulla iuxta probabilitatem facta fuiffet computatio.

(a) Arg. 1.8. . J. 10. ff. de transactionibus.

(b) L. 68. ff. ad L. Fale. Antea fecundum eandem Leg. Ulpianus tradiderat Formulam, fecundum quam

	primæ ætatis	usque ad annos	20 - 30	1
1000	annorum 20		25 - 28	
	25		30 - 25	vivere
	30		35 - 22	præsumebatur
homo	1 35		40 - 20	100000000000000000000000000000000000000
	40	-	50	in hoc casu tot an-
	50		55 - 9	norum computatio
	55		60 - 7	fit, quot ætati eins
THE REAL PROPERTY.	1 - 60	ac ulterius	5	ad annum fexagefi-
	and the state of	是一种种的	mum defunt.	remisso uno anno.

(e) Nunquam amplius quam triginta annorum, nunquam minus quam quinquennii fit computatio Conf. Voet. ad Tit. ff. de Lege Falc.

(il) In observat. ad Comp. Juris Lauterb.

S. 18.

Si ergo quæ §. 17. dicta funt, adplicanda veniunt, sequens observanda erit regula: multiplicetur annuum per numerum annorum, quos Legatarius victurus præsumitur. Productum s. factum est illud ipsum quantum, quod summæ legatorum totali debet annumerari

1)	1 Ullaillus	TIOT AMIE	erarry.	*****			
A.	10000000000000000000000000000000000000	144920	-	6.10 - NAS		-	300 Th.
В.	Paris Lat	Ling in	-	1000	3,000	-	200 Th.
C.	_		V- 20			-	400 Th.
	Legatum	denique	Titio	qui decimum	vitæ	annum	too money

agit destinatum, illudque annuum 10; Quum præsumatur Titium 30 annos victurum esse (10.30 = 300) summæ legatorum addi debent.

300 Th.

1200.

In hoc casu tota hereditate exhausta, heredi quadrans deest, & quanti detrahendi ad summam legatorum totalem eadem est ratio ut 1: 4. quæ ratio etiam obtinet, inter legatum quodcunque par-

ticulare eiusque ratam detrahendam.

Ponamus 2) in eodem casu Titium 45 annorum. Sexagesimo anno, quousque victurus præsumitur deficiunt adhuc 15. Annuum 10. 15 \equiv 150; qua summa 150 addita, summa legatorum totalis sit 1050. Heres salvam tantum habet hereditatis unciam & dimidiam, deficit uncia cum dimidia. In computatione supplementi gratia ineunda summæ legatis detrahendæ ad summam legatorum totalem eadem ratio est ut $\frac{1}{7}$: 7. Hinc & cuilibet legatario detrahatur $\frac{1}{7}$.

Si denique 3) Titius sit 56 annis maior, ponamus 70 vel 90 annorum per quinquennium vivere præsumitur; Hinc annuum 10.5 = 50; summa totalis legatorum 950; id quod heredi deest 50; quod summæ legatorum totali decedere debet, ut quadranti, quod deest accedat \(\frac{1}{40}\); quæ pars & cuilibet legatario detrahi debet.

(a) Si ususfructus reipublicæ, corpori vel collegio sit relictus, itidem triginta annorum computatio sit. Durare quidem potest ususfructus Centum annos; sumitur scilicet terminus vitæ humanæ longissimus. Aliquando tamen maturius extinguitur, dum collegium dissolvitur, aut civitas aratrum passa sit & quasi moritur l. 21. sf. quibus mod, ususfructus amit, arg. l. 38.

configurations of percit

5. 6. ff. de leg. 3. Hine computatio legalis interimiftica breviorem ponit terminum.

falcidise and seibiolal

Quomodo vero fiat, ut Titio, quod detrahendum est, (puta in casibus recensitis \(\frac{1}{4} \text{ vel } \frac{1}{7} \text{ vel } \frac{1}{7} \) detrahatur, varia scroum est decisio. Sunt qui quotannis ratam ex annuo ipso detrahendam desendunt, sunt qui annos præsumtive sumtos dividendos autumant, & quidem in casibus \(\frac{5}{2} \). 18 annos 30 in 4; annos 15 in 7; annos denique 5 in 19; ita ut legatarius ab initio integra consequatur annua absque ulla detractione, & quidem per \(\frac{2}{4} \text{ vel } \frac{1}{2} \frac{5}{2} \) annorum, quos adhuc vivere præsumitur, nihil vero accipiat per ultimam huius temporis periodum quæ in casibus datis est \(\frac{1}{4} \text{ vel } \frac{1}{7} \text{ vel } \frac{1}{4} \).

Quæ ut explicatius dicantur diversos computandi modos inter se conserre liceat,

Secundum placita illorum,

qui annuatim ratam detrahendam censent qui ab initio integra legata exfolvenda autumant, l. 47. ff. ad L. falc. suffulti.

In Casu 1. \$. 18.

Legatariis a b & c. quorum legata simul sumta goo exæquant detrahatur

225

Summa Titio annuatim detrahenda 2½ tricies sumta legatum 10 per 22½ annos; per 7½ annos heres annuum

En quartam que heredis est 300 | En quartam que heredis est 300

10 tricies sumti

retinet. 10 . $7\frac{1}{2}$

er rolveted solding some alles In Calut II. 6: 18. 2 . 29 of A. A. 3.

A B & C. qui consequuturi falcidiæ ause			= 900,1	perdunt
1 - 128 ⁴	7		****	1284
Fitius perdit annuatim 1.3,	Titius	qui is, a	nnos vive	ere

id quod quindecies lumtum efficit septimam partem totius annui 10 quindecies fumti 21.3

En supplementum quadrantis 150

prælumitur conlequitur 12% annos integrum legatum 10; perdit per ultimam periodum 2 annos annuatim 10; id quod multiplicatum per 2 = efficit 217

En supplementum Quadr. 150.

In Cafu III. S. 18.

A B. & C. perdunt ex summa quæ 900 exæquat

47 75th. Titius qui annuatim 10 consequuturus est, perdit quotannis huius fummæ Folive 47 7 groffos hinc per quinque annos

47 75 th. Titius 4 annos 8 16 menfes integrum accipit Legatum; per 3 3 menfes nihil accipit, hinc perdit

2 12 th.

En supplement. Quadr. 50 th. | En supplem. Quadrantis 50. th. Computatio illorum qui ab initio integra præstant legata, annuum consequuturo admodum proficua est, & tunc fere præferenda videtur, fi annua habeant rationem alimentorum, quorum maximus in iure favor est, veluti si pauperi sint relica. (a) Utilitas computationis multiformis confistit etiam in immunitate a detractione Falcidia, qua per indirectum legatario contingit, in casu properantis fati, si præsumtione citius decedat. (b) In genere vero pro diverlitate circumstantiarum modo annuatim, modo contraria ratione ratam detrahi æquius est. In thesi difficilis decisio.

(a) Arg. 1, 8. §. 23. D. de tranf. Bruno von dem Busch de Jure alimentorum, C. 2. 0. 6.

(b) Secundum Novellam 131. c. 12. in hoe casu Faleidiam detrahere plane non lices

§. 20.

Omnia quæ S. 18. stabilita sunt, probabilitati debentur. Hæc aliquando fallit, & ut veritati cedat, simulac de eadem constet, ius fasque requirunt. Legatarius e. g. præsumtione legali citius decedit, jam constat, quoties revera annuum sit consequutus, & quæ summa sub hoc titulo, summæ legatorum totali adnumerari debeat, quis revera omnium legatorum sit cumulus; In hoc casu falcidiæ auferendæ gratia, quæ probabilitatis trutina tempore aditæ hereditatis superstite adhuc legatario examinabantur, iam veritatis statera ponderari debent. Ponamus legatarium, qui 30 annos superstes præsumebatur, elapso quinquennio decedere; iam non 300 sed 50 summæ legatorum totali, annui ergo, addi debent, id quod legatariis dettahendum fuisset, non quarta sed decima nona pars est; quod ergo secundum probabilitatem delibatum est, ad veram reducatur mensuram, & fiat restitutio eius quod eandem ex-Accidit e contra, ut sexagenarius cui funus elapso quinquennio duci sperabatur, longissimum vitæ humanæ attingat terminum. In hoc casu intricatior se offert quæstio, utrum heres tantummodo pro quantitate quæ intra annos iuxta probabilitatem computatos præstanda foret, quartam deducat, an huius intuitu eidem ulterius, & quousque legatarius superstes est consulendum sit. Sunt qui posterius negant, prius pro aris defendunt. id justo durius videtur. Si probabilitas a Legibus stabilita veritatem vincere nequeat in præiudicium legatariorum, nec id admittere possumus in præiudicium heredis. Quem sequuntur commoda, si legatarius citius sato sungatur, idem ipse & incommoda sentiat, fi spe diutius animam agat. Leges nullibi Quadranti, qui heredis esse debet, hocce minantur periculum. Eadem iustitiz ratio, quæ in casu altero legatariis consuli iubet, ut heredi in casu contrario prospiciatur, suadet atque postulat. Hinc cautionibus nostra ex sententia res temperanda erit; Heres, cui non nisi quadrans salvus est, securus fiat necesse est, ut si contingat Legatarium, cui annua destinata sunt, diutius ac Leges præsumunt vivere, omnes legatarii annuatim tot nummos, quot annuum requirit, conferant, ita tamen ut & ille ipse, qui annuum consequuturus est, pro rata portione contribuat.

D 2

601212

Incidimus adhuc in nodos, qui ut gordius fecari vix folvi possunt. In re difficili periculum facere sufficit, etiamsi eventus sit dubius; Nec statim, que deducta nitescere nequeunt, sunt relinquenda. Serupulosa admodum est computatio in 6, 18, allegata, quum facilior sese offerat, quid? quod aquitati magis conveniens. Ponamus Legatarium, cui annuum 10 destinatum est quadraginta annis minorem, cuius curriculum vitæ vicennium excedere speratur. In tali casu computatio allegata maius eruit quantum summa legatorum totali addendum, ac fieret, fi tantum videretur legatum. quantum fufficeret forti ad usuras quincunces eius summe, qua legata est, colligendas. Computatio legalis f. 18. seilicet efficit. quantum, quod vel 300 exæquat, vel faltem 200 excedit Computatio contra, fecundum quam fors ponitur, ex qua ufuix quincunces eius summæ quæ legata est, colligi possunt, efficit tantummodo quantum = 200. Multiplicatio annui enim fit per 20; quia Accedit, quod ufuris, quæ annuum in tali cafu exæquant exfolutis, sors ipsa non pereat, sed mortuo, cui annuum debetur, reliquis cedat legatariis, quatenus scilicet heres quadrantem eiusque fructus, a tempore quo testator decesserit, salvos habeat.

eido V saus nello era oro 5. 22 guer aurichoq iap moz mit nines v sili dall' audient a serio con iz rambay and produce in the Nec filentio præterire possumus aliud quoddam dubium eiusdem momenti. Computatio legalis efficit, ut heres plus quadrante accipiat. Ex quantitate, quæ inter annos secundum probabilitatem legalem computatos præftanda foret, ratam falcidiæ auferendæ gratia detrahit; reliqua non statim semel & simul exsolvit, sed annuatim & quidem si ab initio integra legata exsolvit, in casibus §. 18. recensitis totius quanti partem vel tricesimam, vel decimam, quintam vel quintam. Hinc emolumentum medii temporis, quod interusurium vocant, (4) eius cedit lucro; ponamus casum quo sub titulo annui, summa 300 legatorum cumulum augeat. Heres exinde sibi retinet 75; ex reliquis = 225 annuatim 10 exsolvit, sic exfolutis incunte anno 10 statim ab initio 225 minus 10 elocare & usuras exinde redactas sibi retinere potest; anno secundo, reiterata solutione annui, 225 minus 20 elocat & usuras lucrafur &c. Nonne æquitati consentaneum esset, ut interusurium hocce in quadrantem imputaretur? Maius huic dubio accedit pondus fi Leges in legatis conditionalibus medii temporis emolumentum heredi in quartam imputari iubeant. L. 88. S. 3. ff. ad L. Falc. Huius Legis elegantem sistit exegesin Cuiacius, ICtus eminentissimus ad African: Tract. VIII. Secundum eandem feilicet ponitur hereditas = 200; legatum purum = 100; legatum conditionatum - 100. Ex conditionato heres ante existentiam conditionis redegit usuras = 25, quas in Falcidiam quasi iudicio defuncti & inre hereditario perceptas imputat, ita ut quadrantis, (qui secundum cumulum bonorum mortis tempore existentem determinatur, & in casu 50 exagnat) supplendi gratia legatarii non nifi 25 conferre teneantur. Nonsolum vero quadrans ex die mortis penes heredem sit, sed ctiam usuræ, quas exinde redigere potuisset, eidem relinquantur. Hinc fecundum legalem determinationem conferendis adhuc quinque adduntur. Contributionis denique ratio exacte exprimitur. Tanto minus sub conditione legatum censetur, sive erogatum ex bonis, quantum pendente conditione heres exinde percepit. Hinc in casu legatarius cui sub conditione legatum, non nisi 75 accepiffe creditur, hinc ex partibus septem is cui pure legatum quatuor five $\frac{4}{2} = 17\frac{1}{2}$, cui sub conditione, tres partes $= \frac{3}{2} = 12\frac{6}{2}$ confert.

(a) Proprie interusurium est quod ex anticipata solutione quantitatis in diem debitæ debitori accedit, creditori decedit. Hic latior Interusurii significatus. LUDW. AUG. WUERFFEL Ipd. defin. §. 429. De Computatione interusurii proprie sie dicti conf POUSE Mathef. forens. p. 82. qui pluribus de calculo leibnitiano; BILFINGER de cadem materia in alleg. Math. For. p. 116. HOFFMANN de ead. Mat. in all. Math. F. p. 129. ULIGERS Beytrage zur Math. Forensi 1. Ubhandl. JO. ERNS T BASILIUS WIEDEBURG Furzgesaste practische Mathem. vor diejenige, die sich auf die Rechtsgesabrtheit legen, p. 176.

S. 23.

Utrumque dubium supponit sortem scenori datam. Quæ res periculi plena est. Fænerandi usus vix continuus vix stabilis est, & intercidente sæpe pecunia ad nihilum patrimonium deducitur.

(a) Hinc difficile, aliquem de usuris percipiendis convenire. Papinianus

pinianus, si possessor hereditatis pecuniam inventam in hereditate non attingat, negat, illum omnino in usuras conveniendum. (b) Ratio alibi redditur, quia pecuniam cum periculo dantis fœneramur. (c) Generalis fere est regula, usuras eins lucro esse, cuius periculo fuerit creditum; Ouæ quum ita sint, vix est, ut heredi, in savorem legatariorum, necessitas iniungatur, suo periculo elocandi sortem cuius nullam sperat utilitatem. Quid vero, si periculo eius credatur, qui annuum est consequuturus? vel si legatarii intercidentis sortis pericula subire volunt? Periculo eius credere, qui annuum consequuturus est, contradicit iuri eidem ex testamento quasito, exigit enim annuum, non usuras sortis cuiusdam determinatæ. Si e contra Legatariis volupe est, suo periculo ut credatur, extraordinarium quid exinde emergit, quod quidem admittendum effet, non tamen nisi ex consensu eius, cui annuum debetur, vel saltem ex consensu heredis, ita ut & hoc casu obligatus maneat. Heres ex aditione ad exfolvendum annuum obligatus est, non collegatarii; ut is, cui annua destinata sunt, heredem ex nexu dimittat, & eo ipso actioni ex testamento & hypothecæ, cui bona hereditaria subjaceant renunciet, vix sperari licet; nulla saltem necessitas cogit. In regula ergo, quum non nisi heres legati debitor sit, aquitas requirit, ut habeat unde obligationi absque elocationis periculo facere queat, quod fatis est. Hinc Leges annuum toties multiplicatum ex bonis hereditariis segregari volunt, quoties illud legatarium consequuturum probabile est, nec obstat, quod in legatis (d) conditionalibus interusurium in quartam imputetur, quamvis eadem obtinere videatur ratio. Quæ enim in hoc casu de interusurio disposita sunt, ad singulares spectant sanctiones, ultra casus expressos non extendendas. Juris est in regula, ut omne damnum sit heredis, si forte incendiis, naufragiis, autmorte servorum bona decrescant; omnes fructus, ancillarum partus, quæ per servos adquisita sunt, eius lucro cedant, in rationem Legis Falcidiæ non cadant. (e) Accederet ex nostra sententia adhuc sequens differentiæ ratio; In legato conditionali incertum est, utrum res legata penes heredem perpetuo iure dominii mansura an legatario lucro futura sit, id quod ab existentia vel non existentia conditionis pendet. In tali casu vero elocandi onus ob speratum proprium commodum minus durum esse videtur, ac si plane in tertii utilitatem

litatem pericula subeundi necessitas iniungatur. Quia vero in Legato ex die relicto interusurii ratio perinde habetur, ac in conditionato, hanc differentiæ rationem urgere desistimus.

- (a) Arg. L. 22. C. de adm. Tuter.
- (6) L. 20. J. 14. ff. de H. P.
- (c) L. 62. ff. d. R. V. conf. esiam 1. 30. ff. d. H. P. 1. 167. D. pro fueion 1. 10. §. 8. ff. Mand.
- (d) J. H. BOEHM. Ex. ad ff. LXXIX. de differentia legatorum purorum on purorum. Sunt quidem legata annua, faltem temporalia, itidem conditionata. Sed conditio concernit tantummodo quæstionem, quoties exfolvenda fint. Ratione quæstionis, utrum debeantur, saltem intuitu primi anni, pura sunt.
- (e) L. 30. ff. ad L. Falcid. 1. 73. 1. 71. ff. ad L. F. 9. 2. J. d. lege Falcid.

S. 24.

Omnes quas allegavimus pro iustitia legis 68. ff. ad L. Falc. rationes quadrant cuam in legata annua perpetua, & nihilo minus incumbit heredi elocandi necessitas. Ratio differentia latere videtur in natura legati ipsius; perpetuum enim est. Inextricabiles haberet difficultates, quid? quod impossibile videtur tot annorum computationem inire, quot annos exfolutionis obligatio duratura est. Periculum elocandi tamen putamus esse rationem, cur tantum videatur legatum, quantum sufficit ad usuras trientes eius summæ, quæ legata est colligendas, id quod maiorem sistit sortem, ac si annui ad quantitatem unde solvendum eadem esset ratio, quæ est inter usuras quincunces vel semisses & sortem, unde usuræ rediguntur. En temperamentum. Majoris sortis maiores usuræ, quarum excessus, exsoluto annuo, heredis lucro est, periculi sisti haud leve redhostimentum. Ponamus annuum 10. Sors erit secundum computationem legalem 250. Usuræ quæ inde colligi possunt semisses 15. Hinc exsolutis 10 annuatim quinque lucro heredis funt,

Liceat denique addere, computationis methodum, quam meditationibus nostris illustrare allaboravimus, ne quidem Lege Falcidia abrogata, omni carere fructu. Quid enim, si legata assem excedant? Nonne in hoc casu ius decrescendi pro rata obtinet? Quæ quum ita sint, necesse est, ut de cumulo legatorum constet; de codem vero constare nequit nisi legatum annuum ad certum reducatur quantum, S. 11; id quod sit per computationem de qua S. 13 & 17. egimus. Multiplex computationis esse potest usus. Quem MACER ipse 1, all. 68. sf. ad L. Falc. intendisse videtur, duplex est, & pro detrahenda Vicesima (a) legatorum, quam in ærarium militare deserri LEX JULIA ab AUGUSTO lata iubebat, & pro supplendo eo, quod Quadranti heredis deest (b). Pluribus vero huic Materiæ inhærere, prohibet instituti ratio

- (a) De Vicesima hereditatium plura habet BURMANNVS de Vectigal. Pop. Rom. C. II. SCHUBERT de instituta transact, testam. tabul. nondum inspectis ob sublatam vicesimam bered, PRAESIDIS Diss. inaug. de Transact, valid. consectariis. §. 2. pag. 5.
- (b) WIELING. L. I. Civil. L. 2. C. 32.



fill' haud live redhodimentum. Ponamus annuum 10. Sors ent ficuadum computationem legalem avo. Univer que inde colligit perione femilles 15. Hine excludes 10 annualm quinque lucro femells film.

ra rediguntur. En temperangoium, Milens foresunalores ofu-



www.books2ebooks.eu

